

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0142

LOG Titel: XXXV. Gramen virgineum

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

hujusmodi phalænula, qualis suprâ cernitur, inde prodiit.

XXXIV. *Anemone.*

HOsce flores his erucis in ornatum addidi, cum in præcedente folio trifolium, & carex in gramine crescentia fuerint exhibita. Carex harum erucarum pabulum fuit in octavam usque Junii diem, ubi in aurelias, ac indè vigesimâ octava Julii in hujusmodi flavas phalænulas immutatæ fuerunt.

XXXV. *Gramen virginicum.*

HAnc flori insidentem erucam hic collocavi proprium ei pabulum ignorans; vix enim à me depicta sese die Junii octavâ 1705. ovo albicanti intexuit, ac vigesimâ octavâ mensis antedicti hujusmodi phalænula inde prodiit. Vermis infimus stiqiti irrepens exilibus in omni plantarum genere reperibilibus pediculis pascitur; vigesimâ sextâ Junii, qualis sub verme cernitur, formam assumpsit, duodecim diebus elapsis hujusmodi scarabæolus inde prodiit.

XXXVI. *Salix.*

INgentes hæ erucæ foetidum spargunt odorem; in salice morantur, ejusdem medullam depascentes; pabulo verò carentes semetipsas invicem devorant; nec in ullâ scatulâ, lignum quodvis erodentes, asservari possunt, vigesimâ Aprilis nonnullæ sese intexentes, quartâ die Maii, quales hic exhibentur, (mas scilicet atque femella) phalænæ factæ sunt; aliam quoque vigesimâ Septembris acquisivi, hæc in terrâ, nullam assumens escam in Octobrem usque recondita in aureliam immutata fuit; decimâ septimâ Maii subsequentis anni hujusmodi phalæna inde prodiit, quæ primâ die centum quinquaginta octo, secundâ adhuc septuaginta octo ova peperit, ubi in fuscum colorem vergente corpore tertiâ die perit.

XXXVII.